Indoles eſt natura vł naturalis vis. ſed tñ de vitio etiam dicit᷑. Videri. i. videbat᷑. nā infinitiuus pro preterito ipſcō indicati ponit᷑ ſepe. Hic. i. talis. Subducta id ē abducta. Subiuit itrauit. Penetrale vel penetral eſt locus ſecret⁹ vel clauſus ſedibꝫ. Choro. ſ. ꝟginū. Veſper eſt ſtella veſꝑtīa quę ꝛ veſperugo ꝛ heſperus appellatur. Hamadriades ſunt poeticę nymphę arborum vel ſiluaꝝ q̃ ꝛ dryades dicunt᷑. Delia eſt diana aut luna vt ſup̄. Liber voti. i. liberat⁹ a voto iā ſoluto. Idumeę puellę. i. ꝟgīes iudaicę. Nā illas alloquitur quę cū maria erant in templo. Paleſtini foci. i. altaria templi ſalomonis. quia in altaribꝫ erat foc⁹. i. ignis. Plus meruere. i. acceptiores deo fuerūt. Acerra eſt turibulū vel vas in quo thus eſt. Lares apud veteres quidā dij putabantur domeſtici. Ergo lares. i. deos. Properat. i. maria ꝑficit. Demiſſo. i. humili ꝛ inclinato. Omen eſt p̄ſagium ex alicuius ore ꝛ ſermone ſumptū. Veſta filia ſaturni ꝛ opis dea ꝟginitatis habita quam aeneas de troia ī latium attulit. Hec romę ſumme colebatur cui deputate erant ſex virgines quę veſtales dicebantur ꝛ perpetuū ignem ſeruabant qui ſi fuiſſet extinctus grauiter puniebantur. Et ſi qua fuiſſet violata. defodiebatur viua. Nam circa portam collinam ſpecus erat in quod corrupta demittabatur. Sperata. i. formidata. Nā ſperare pro timere ponitur. Virgilius. Hunc ego ſi tantū potui ſperare dolorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Virgineũ nũq̃ʒ ſpargi mea virgo cruorem
Viderat aut terris inuida membra tegi
Virginitas ſed grata fuit quã parua tonanti
Vouerat: ⁊ ſanctę norma pudicicię
Nõ meruit ſed ſi talem ſortita miniſtram
Veſta foret patruʒ vana ſuperſtitio
Credibile eſt vix ſena deę ſat luſtra fuiſſe
Emeritaqʒ manu ſe voluiſſe coli
Pro populo ſola hęc faciat ꝑmittite magni
Pontifices: ſanctis det pia tura focis
Voſqʒ paleſtinę templi tutela puellę
Fundite deuotas dum facit illa preces
Cuius dextra magis poterit flexiſſe tonanteʒ
Aut quę venturo gratior eſſe manus
Quã totiens qua ſe geſtandũ deſtinet aut quę
Optet ab ęthereo culmine lapſus: ali
Tu q̃qʒ magna roga q̇d em̃ tibi ꝟgo negatuʒ
Ille velit cui ſis ſępe vocanda parens
At te humilẽ ꝑuãqʒ geris minimãqʒ miſtrã
Credis ⁊ in tanto te nihil eſſe choro
Cunctarum tu iuſſa facis dictataqʒ ſacra
Bisqʒ die obſequiuꝫ terqʒ operata piuʒ
Lõgeuęqʒ frequẽs adſtas ſtudioſa magiſtrę
Deceſſura pio non niſi iuſſa loco
Synaicas leges ⁊ fata ꝓphetica diſcis
Virginea ſortis nuncia fata tuę
Proh quotiens tantam matrẽ mirata p̄caris
O venias oculis conſpicienda meis
Virgo ſup̄ma veni miſeri ſpes vnica mundi
Ante tuos liceat procubuiſſe pedes
Figere pręteṫę detur precor oſcula plantę
Et tua ſi non ſim ſeruula credar ego
Sed q̇d ais cuiuſue cupis dic ſerua videri
Cuius ad optatos procubuiſſe pedes

Veſtales virgines co/gebantur metu mor/tis ſeruare pudiciciam. At maria non coacte ſʒ ſua ſponte fuit caſtiſſi/ma. ⁊ nunq̃ʒ viderat ꝟ/gineum cruorem ſpargi id eſt virginem corrup/tam necari. Parua id ē cum eſſet parua Nõ meruit. Ordo ⁊ ſenſus eſt Veſta quę fuit vana ſuperſtitio patrum id ē veterum. Nõ meruit ſortiri .i. acquirere talem miniſtrã ſcʒ mariã. ſʒ ſi foret ſortita .i. ſi fuiſſet a/depta talẽ miniſtrã credibile eſt ſena luſtra vix ſatis fuiſſe deę .i. tunc veſta nõ fuiſſet cõtẽta miniſterio .xxx. annoꝝ ſed credibile ē ſe voluiſſe coli emerita manu id ē ab antiqua ꝟgine ¶ Nota q̃ ꝟgies veſtales coge/bant in ꝟgitate miſtrare veſte ãnis .xxx. ⁊ po/ſtea licebat eis nubere. Sʒ mariã d̄t poeta nõ dimiſiſſʒ a ſe veſta poſt annũ triceſimũ ſʒ ſp̄ eã ſeruaſſʒ Emeriti ſunt ſenes q̇ ãpli⁹ nõ coguntur merere .i. militare Faci/at .i. ſacrificet vt ſ̄ Tutela .i. cuſtodia ł̄ cuſtodes Quã ſ. illa manus q̃ deus deſtinet id eſt ſtatuit Pio loco id ē ab altari. Leges ſynaicas id ē datas a deo in mõte ſynai Diſcis ꝓphetica fata .i. oracula prophetarum nuncia tuę virgineę ſortis id eſt quę de te erant ſcripta. Proh id eſt o. Tantam matrem ſcilicet dei. Virgo ſuprema id eſt ſumma. Pre/tentę id eſt extentę. Si id eſt q̃uis. Credar ſcilicet eſſe ſeruula. Sed quid. poeta mariam alloquitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Si neſcis tu illa es ꝟgo q̄ miſſus olympo
Naſcitur intacta virginitate puer
Eia age ⁊ exacto gemino tua ꝑmia luſtro
Premia momētū grande ſalutis habe

De apparatu virginei triūphi. ⁊ i ꝑmis de ipi⁹ curr⁹ oꝛnatu.

Ceſſit iexpleti tādē poſſeſſoꝛ auerni (gia.ix
Et qua victoꝛ erat hac q̄q3 parte iacet
Ducite laurigeros huc tēpli ad limīa currus
Sit victrice nihil pompa futura minoꝛ
Aure⁹ axis erit temo aure⁹. oꝛnet eburnas.
Stellataſq3 decet pluria gēma rotas
Hic carchedoniī radiēt opaliq3 rubētes
Aſſimilis viridi tuq3 ſmaragde freto
Chryſolitō dur⁹q3 adamas tereteſq3 cylidri
Et quod q̄renti dat tibi cythis arabs
Acopis ⁊ quōdam ꝑcio ſpectatus achates
Fortis alectoꝛię gallaicoſq3 duplex
Multicoloꝛ mitrax nec nō ⁊ cādidus ion
Baſidas ⁊ venis pulcher apiſte tuis
Splēdeat hic arabe3 q̄cq̄d miſiſtis ⁊ indi
Atq3 laboratū cętera ſpiret ebur
Atq3 duplex rerū ſeries. viuiſcere quarum
Altera credatur nobilioꝛe manu
Altera nō notis rudius celata figuris
Perſpicuumq3 tamē relligionis opus
Hic ſpectare noui liceat ꝑmoꝛdia mundi
Ut terras rerum cōdat ⁊ aſtra parens
Iuſſus ⁊ elatas ſedes ſibi vendicet ignis
Aer vt in medio perſtet ⁊ vnda loco

Exacto luſtro .i. ꝑacto quinquēnio .nam luſtꝝ eſt tempus quinq3 ānorum. Momentum id ē motus vel breuitas

Ceſſit id eſt victus ē aut diſceſſit. Inexpleti id eſt nō explebilis. Popa eſt apparatus ⁊ oꝛnata proceſſio. Temo ē lignū in curru ad quod equi trahūt. Carchedonius eſt lapis precioſus trāſlucens ⁊ ardens ⁊ ē ſpēs carbunculi. Opal⁹ eſt lapis ꝑcioſiſſim⁹ habēs ignē carbūculi. purpuram amethyſti ⁊ virorē ſmaragdi. Chryſolit⁹ ē lapis aureis lineis. Adamas lap̄ ꝑcioſus et duriſſimus q̄ vulgo diamas dr̄. Cylindri ſūt lapilli teretes ⁊ oblōgi. Cythis eſt inſula circa arabiam vbi inuenitur lapis ꝑcioſus ⁊ viridis quę topazi⁹ dicit̄. Achates ē lapis dict⁹ ab achatę fluuio ſicilię. Acopis eſt gēma nitro ſimilis ⁊ aureis guttis ſtellata. Alectoꝛię lapillus ſimilis criſtallo repertus in vētriculis gallinaceorū qui robur dare geſtanti fert̄. Galaicos eſt lapis precioſus argēteo nitoꝛe qui ſemꝑ inuenit̄ duplex aut triplex. Mitrax eſt lapis multicoloꝛ qui contra ſolem varie refulget. Ion eſt lapis indicus coloꝛem violę habens. Baſidas gemma coloꝛis oloꝛini quaſi floꝛibus ſparſa. Apiſtus gemma nigra venis rubentibus diſtincta quę igni calefacta caloꝛem tenet diebus ſeptem. Ebur laboꝛatum id eſt laboꝛioſe ſculptuꝫ. Spiret id eſt ſpirare videatur ꝑ cętera loca. Altera ſc3 ſeries. Nobilioꝛe manu id eſt artificio. Rudius id eſt non clare. Celata .id eſt ſculpta. Hic id eſt in prioꝛe ſerie. Ut id eſt q̄liter. Elatas id eſt altas. Uendicare eſt aſſumere ꝑ ſuo. vt hūc libꝝ vēdico mihi

Utqȝ nouis errēt ſiluis aīalia. primus
Utqȝ parens ſtupido corꝑe ſurgat humo
Hic male cōtacti ſpectētur crimina ligni
Et nece fraterna commaculata manus
Exilio damnata domꝰ tumidiſqȝ ſub vndis
Obrutus: vt quondam maximꝰ orb erat
Arca vetus rectorqȝ ſenex ſoboleſqȝ ſub illa
Et modo victricis nobile ſtemma domus
Obſequiumqȝ ſeni prolē mactare parātis
Et pueri inſontis myſtica venditio
Nec procul aſſurgāt diuini culmina templi
Veſtaqȝ cū populis prelia finitimis
Niliacus carcer: deſerta exrata fameſqȝ
Non niſi diuino contolerata cibo
Diuiſumqȝ fretū nec nō remeātibus vndis
Spectētur pharię quę periere manus
Igneus ille rubus moyſes quē viderat: ⁊ quę
Pumice percuſſo proſiluiſtis aquę
Deniqȝ ſynaicę leges. reparataqȝ regna
Pontifices templi: virgineuſqȝ chorus
Se quoqȝ ꝑmixtam virgo galilęa miniſtris
Cernat ⁊ arcanos ſępe adolere focos
Parte alia mirāda q̄dem ſint multa nec ipſi
Intellecta nouis condita imaginibus
Hic miretur vti ſinuoſis nuncius alis
Portet ab ęthereo culmine miſſus aue
Inſcia vt aſpectu titubet ꝟguncula ꝑmo
Tradat vt edoctas ad pia fata manus
Atqȝ eadē ꝑgnantis vti montana ſororis
Viſat vt optatum gētibus ędat onus
Spectent̄ pueri inſontes infanda tyranni
Imperia. ⁊ domini nuncia ſtella ſui

Crimina ligni id ē peccatum cōmiſſum ꝑ adā eſu pomi vetiti. Et nece ⁊c. id ē ꝙ cayn occidit abel frēm ſuum. Domus ſcȝ cayn. Rector. i. noe. Soboles id eſt filij noe ſcȝ ſem. cham. Iaphet. Sub illa ſcȝ arca. Nobile ſtemma domus modo victricis id eſt catalogus filiorum ⁊ poſterorum noe qui legit̄ geneſis. x. Obſequium ſenis id ē obediētia abrahę parati vnicū filium mactare ad iuſſuȝ dei. Pueri inſontis. id eſt ioſeph filij iacob. Finitimi ſunt ꝓpinqui finibus. Niliacus id eſt ęgyptiacus quia nilus eſt fluuius ęgypti. Carcer id eſt ſeruitus qua iudei grauabantur ab ęgyptiorum rege. Diuino cibo id eſt manna quod in deſerto manducauerunt iudęi annis. xl. Contolerata id eſt ſuſtentata. Pharię manus id eſt exercitus ęgyptiorū qui ſubmerſus fuit. Pumex eſt lapis cauernoſus ⁊ leuis quo politur aliquid. Regna ſcȝ iudęorum. Virgo galilęa id eſt maria. Adolere focos id eſt miniſtrare ad altaria. Parte alia ſcȝ picturę. Condita id eſt formata. Miretur ſcȝ ipſa maria. Vti id eſt quomodo. Nuncius id eſt angelus gabriel. Aue id eſt ſalutationem. ſcȝ Aue gratia plena. Sinuoſus dicit̄ plenus ſinibꝫ. i. curuitatibus aut flexuris. Nam ſinus eſt curuitas ⁊ flexura. Titubare eſt trepidare vel tremere lingua vel pedibus. Aſpectu ſcȝ angeli. Tradat manus. id eſt det aſſenſum. Ad pia fata. i. ad ꝟbum angeli. Eadē ſcȝ virgo. Sororis id eſt eliſabeth. Edat onus id eſt pariat filium Ieſum. Tyranni ſcilicet herodis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Utq̨ trib⁹ plata magis ſint munera ⁊ ipſum
Monſtratum cęlo tutius effugium
Auctorem texere ſuum deſerta canopi
Concidit in matris plurima palma manus
Fatidicuſq̨ ſenex reſerans ſua fata. relatus
More patrum rurſus in ſua tēpla puer
Regis ſancta cohors ⁊ publica ꝟba ſalutis
Et data biſſenis dogmata diſcipulis
Obuius vt matri ſtygio ſit victor ab orco
Horteturq̨ palam terq̨ quaterq̨ ſuos
Deniq̨ vt ad ſupos ſcādat rediturus ad ipm̄
Ultima poſt mundi ſecula iudicium
Ipſa licet media miretur ſingula pompa
Tale decus rerum neſciat eſſe ſuum
Ornet ⁊ eoi currus faſtigia laurus
Laurus perſpicuę virginitatis honor
Candida vela duo preſtent ſup aureus illis
Ales erit cuius funere nouit arabs
Nō niuei iungentur equi: nō deniq̨ tigres
Sub iuga ſed caſti monocerotes eant
¶ Apparat⁹ ⁊ ꝓceſſus ꝟgial' triūphi
Cande triūphales virgo cāneia currus
Pro forib⁹ templi pompa ꝑata tibi eſt
Iam dudū captiua phalanx p̄cedere cępit
Poſt humeros ſeuas turba reuicta man⁹
Preceſſit ſuperis inuiſa ſuperbia. cuius
In ſua conſurgit cornua torua caput
Infenſę comes eſt infenſior ira ſorori
Pergit inexpletę pallor auaricię
Liuida cura ſubit nec nō damnata perenni
Torpori facies horrida deſidię
Cōſequit̄ veneris ſpecies lutulēta nefandę
Formaq̨ damnoſę luxurioſa gulę
Ocia fęda ſimul: ſimul eſt q̄q̨ viſa voluptas

Ut id eſt quō. Effugiū id eſt fuga ioſeph cū maria in egiptū. Canopus eſt vrbs egipti q̄ nūc damiata dr̄. Ponit̄ hic et ſępe pro egipto. Senex ſcȝ ſimeon. Caſſiodorus ait arborē medicā in egipto ramos inclinaſſe et chriſtū adoraſſe. Regis ſcā cohors id eſt multitudo in chriſtuȝ credēs. Uerba ſalutis id eſt p̄dicatio. Dogma id ē inſtitutio vl' decretū. Ter quaterq̨. i. ſępe. Ipſa. ſ. maria. Singula ſcȝ picta. Suū id eſt ad ſe ꝑtinere. Eoi currus id eſt orıētalis ī quo maria triumphet. Faſtigium eſt ſummitas. Aureus ales id eſt phoenix auis vnica in arabia circa collū aurea. reliquo corpore purpurea q̄ poſt ſexcentos vitę ſuę ānos niduȝ ſibi facit ex odorib⁹ q̄b⁹ in morit̄. ⁊ ex eius reliquijs renaſcit̄. Bacch⁹ in triumpho tigres habuit. romani vero candidos equos. Monoceros eſt aīal qđ latine dr̄ vnicornis. q̄a in media fronte habet cornu duū cubitorum. vt Plinius ait. Eunt ſub inga id ē trahant currum hunc. Canna eſt oppiduȝ in iudęa. vnde virgo tanneia id ē iudaica ſcilicet maria. Phalanx dicitur exercitus. Infenſus id eſt valde iratus. Sorori id eſt ſuperbię. Liuida cura. id eſt inuidia. Nam liuidus eſt id quod inuidus. Deſidię. id eſt pigricię. Lutulentus dicitur ſordidus et luto plenus. Ueneris. id eſt libidinis. Foedus id eſt turpis et quandoq̨ crudelis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Et cum mortifero crimine culpa ſequi
Segnities ⁊ ſomnus iners tactuſqꝫ nefandi
Nequicie mollis luxus. inanis honos
Eumenidum victe facies ⁊ flumina auerni
Deniqꝫ preſigui preteriere nota
Omne nefas claro premiſſa eſt preda triūpho
Ne tibi ſis virgo glorificanda more
Auricremis abſcede focis. ariſqꝫ relictis
Virgineo prodi conſpicienda choro
Ipſa ſed eoo victrix iam tollitur axe
Victriceſqꝫ premit laurea parta comas
Inſtita virgineas abſcondit candida plantas
Perradiat niueos plurima ſtella ſinus
Non aliuſquiſq̃ꝫ decuit me iudice cultus
Iudicium candor virginitatis habet
Ite licet ſoline vrã eſt quoqꝫ phama miniſtre
Carpite communis premia militie
Conſortes meriti collegaqꝫ turba fuiſtis
Sit tua tam claris gloria militibus
Ite coronate victricia tempora lauro
Dextra gerat palmam concuciatqꝫ manus
Proxīa progreſſo fuerit manus iſta triūpho
Carmine virgineum teſtificata decus
Succedat numeroſa cohors pompāqꝫ ſeq̄t
Qui cunqꝫ eſt nullos paſſa puella toros
Adſit ⁊ a ſolimis virgo digreſſa ciliſcis
Abſit ab irriguis vallibus hierici:
Accolit ⁊ que te fluuio iordanis ameno
Prefortunati conſcia nympha vadi
Si qua tenet diras famoſi aſphaltitis vndas
Callirhoen medicam geneſaramqꝫ bibit

Segnis piger. ſegnici-es pigricia. Nequicia ē luxuria. i. abuſio vel ſuperfluitas rerum que et luxus dr. Eumenides dicūtur infernales furie ſcilicꝫ alecto megea. tiſiphone. Preſignis. i. inſignis vel ſignatus Nota eſt ſignum. Prodi. i. procede a prodio is Eoo axe. id eſt orietali curru Laurea. i. corona de lauro Parta promerita Inſtita eſt tenuis faſcia. Ponitur pro ſtola. i. longa veſte muliebri q̄ a illi in feri⁹ aſſuit̄ iſtita Hor. Quaꝝ ſubſuta talos tegit inſtita veſte Solime. id eſt hieroſolimitane. Carpite id eſt capite. Collega eſt ſoci⁹ in honore Coronata tē pora. id eſt habentes capita coronata lauro Palma eſt arbor orientalis dactylos ferens et ſ̄cat victoriam. Danus id eſt multitudo Paſſa nullos toros id eſt incorrupta. Solymis ciliſcis. quia iuxta ciliciam eſt quedā vrbs que etiam ſolyme dicit̄. Ciliſcus eſt adiectiuum factum a nomine cilicia. Hierico vel hiericos eſt vrbs paleſtine. Irriguus dicitur irrigatus ⁊ humidus. Iordanis eſt amenus fluuius galilee. Prefortunati vadi. id eſt valde fortunate aque. Nympha eſt puella vel dea minor. Aſphaltites eſt lacus iudee in quo nil gignitur preter bitumen. alio nomine mare mortuum vbi olim fuerunt vrbes zodomorum cœlitus exuſte propter grandia peccata Si qua ſcilicet virgo tenet id eſt habitat. Callirhoe eſt fons ſaluber in iudea. Geneſara eſt lacus galilee qui ⁊ mare tiberiadis dr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Tharicien quecũqꝫ colit tenamqꝫ eſebonqꝫ
 Et te ſamario condita lydda ſolo
Intactas huc tãna maꝰ huc mittat idume
 At bedoros quicquid virginitatis habet
Nec ſit gaza more raphie properate puelle
 Protinꝰ ⁊ luſam linquite ⁊ epiceron
Vos nihil heſſenis fas eſt huc mittere nuſqꝫ
 Palmiferis errat femina veſtra locis
Nec ſtimulat laſciua venꝰ ſobolis ve cupido
 Sed ſobolis preſtat conuena turba vicez
Incola non deſit caſi quē lumina phebi
 Cernere naſcentis nocte ſilente volunt
Huc coeat galilea phalanx betheleiaqꝫ turba
 Queqꝫ colunt piares ardua ſaxa manus
At vos municipes neu liquite veſtra puelle
 Moenia. ſacrificis ſed date tura focis
Ne mora ſit rebꝫ victricia ſigna ꝓpinquãt
 Ipſa triumphatrix gloria veſtra venit
Ite ⁊ victrici linguis animiſqꝫ fauete
 Reddite tam clare premia militie
Cingite mox letam velis ⁊ frondibꝫ vrbem
 Gaudeat ignota relligione dies
Clamet io vulgus repetitis vocibꝫ. ipſi
 Seqꝫ ſciant nunqꝫ plus meruiſſe lares

De cauſis dñice annunciationis Elegia decima

Iuſticie moderare tue gladiũ remitte
 Juſtus es atqꝫ idem crederis eſſe pius
Parce ſatis luimus miſerãde crimina culpe
 Poſtera progenies inſcia turba ſumus
Reſpice poſſeſſum ſtigijs predonibus orbem
 Deſinat antiquum perdere cuncta nefas

Tharicie ē oppidũ galilee ꝓpe iordanez. Thena. eſebos. lydda. tãna. idume. bedoros ſũt oppida in iudea. Gaza et raphus ſunt vrbes paleſtine Luſa oppidũ iudee alio nomīe bethel. Epiceroz oppidũ iudee Heſſeni erant q̄dam religioſi in iudea cõmuniter ⁊ caſte viuẽtes in ſolitudine ſine foemīs ⁊ ſine pecunia ſocij palmarum Conuena .i. cõueniens populus. Coeat. id eſt cõueniat Caſius eſt mons altus ſyrie prope ſeleuciam. cuius excelſa altitudo quarta vigilia orientem ꝑ tenebras ſolem aſpicit vt auctor ē plinius Galilea eſt ꝑs iudee cõiuncta ſyrie hic ponitur adiectiue. Betheleia turba .i. de bethleem. Piare eſt vrbs ſyrie alio nomine ſeleucia. licet apud Plinium legatur pieria. Puelle municipes. id eſt conciues marie ſcilicet de nazareth Sacrificis focis id eſt altaribus in quibus ſacrificia fiunt. Ipſa triumphatrix. id eſt maria. que ē veſtra gloria. Fauete linguis et animis. erant verba ſacerdotis olim tempore ſacrificij. vt quiſqꝫ vel taceret vel bene oraret et cogitaret. Reddite ſcꝫ marie. Io eſt vox letantium Lares id eſt dij vel altaria. Iuſticie. ⁊c. Tota hec elegia eſt oratio ſanctoꝝ patrũ vt deus incanetur ⁊ hīeom liberet. Moderare id eſt parce vel contine tuam iuſticiam Antiquum nefas id eſt peccatum adeprędere id eſt damnare.

Numen in immẽſum p̄mi colere parentes
Supplicij immẽſus debuit eſſe tenor
Sed tua te pietas flectat generator olympi
Penarum exhauſtum credimus eſſe nimis
Te celum te terra rogat te pontus ⁊ ether
Muſcoſi fontes perſpicuiqȝ lacus
Ad te ſtagna ſoli ſinuoſaqȝ flumina clamãt
Clamat ab immẽſis cedua ſilua iugis
Indomiti colles poſſeſſaqȝ rura coloni
Seu rigeat bruma ſeu modo vernet ager
Te volucres piſceſqȝ orãt te grandia cete
Quadrupedũqȝ greges omnigenũqȝ pec⁹
Quicquid in humanũ p̄tiſti cõditor vſum
Immemorem domini te vetat eſſe ſui
Cui ſpectãda olim numerãdaqȝ ſidera celi
Cui data terrarum machina tota poli
Cui quoqȝ debuerãt animãtia cũcta teneri
Tartareo merſus ſub phlegethõte iacet
Illa tibi aſſimilis ſpẽs iacet obruta flãmis
Auctoris mũdo nuncia forma ſui
Humanũ miſerata genus te cũcta p̄cantur
Neqȝ rogant populi contrahe fata tui
Hoc rogat eliſijs clamor repetitus ab aruis
Quid veteres tantũ cõmeruere patres
Vt ſileam fauces cõtuſaqȝ pectora guſtu
In medio phama eſt indoluiſſe virum
Suppliciũ doluiſſe tamẽ penamqȝ gennem
Cõminuit. tanti penituiſſe fuit
Te vocat ille ſenex oppreſſe conditor arce
Qui niſi biſdena ceſſit olympiade
Te moyſi ſpectata fides: atqȝ impigra fr̃is
Imperia ⁊ ſancte p̄mia militie

Primi parentes coiere id eſt conueneruͤt in immenſum numen. id eſt contra deum. Tenor id eſt continuatio vel modus. Exhauſtum id eſt acceptum. Muſcus eſt viridis lanugo in locis humidis vt in foueis et circum arbores. Inde muſcoſus. Lacus eſt ampla aqua teutonice eyn meer. Cedua ſilua ẽ que ceditur vł ex qua ceduntur ligna. Colonus qui terarm colit. Bruma eſt medium hiemis ſcȝ cum dies eſt breuiſſimus. Seu id eſt ſiue. Cete dicuntur om̃es grandes piſces. Cetarij qui magnos piſces capiunt aut vendunt. Omnigenum .i. oı̃s generis. Sui domini id ẽ homı̃s. Cui ſcȝ homi. ⁊ eſt ordo. Ille iacet merſus ſub tartareo phlegethõte cui ſidera cœli ſunt data ſpectanda. Illa ſpecies ſcȝ humana. Obruta flãmis id eſt damnata inferno. Forma nũcia mũdo ſui auctoris .i. humanitas ad imaginẽ dei facta. Contrahe fata id ẽ minue miſerias. Elyſiũ dicitur limbus inferni in quo ſancti patres erant. Commereri eſt malum mereri. vt ait Donatus. Errant vero qui demereri dicunt in eo ſenſu. Virum id eſt adam. In medio guſtu. id eſt cum pomum adhuc haberet in ore. Fauces ⁊ pectora ade contuſa id eſt percuſſa p̄ dolore ⁊ Ille ſenex. id eſt noe. Olympias eſt tempus quinqȝ annorum. Biſdena olympiade id eſt poſt centum annos quibus noe edificauit arcã ceſſit ſcȝ diluuio. ⁊ intrauit arcam cum ſuis. Fratris ſcȝ aaron qui frater moyſi fuit p̄mus ſacerdos legalis. Militie. id eſt miniſterij diuini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Te patris obſequium meditātis funera nati
Quo caſura magis victima grata foret
Te quoqꝫ longeui mitiſſima fata parentis
Unde per illuſtres exiluere tribus
Te pietas nati fratrum quem turba podit
Fatidiciqꝫ rogant ſobria plectra ſenis
Clamat idumei templi molitor ⁊ arę
At qui nos docuit triſtia fata pati
Uirtutū nūeroſa cohors tibi deniqꝫ ab imis
Sedibus extenſas tollit. in aſtra manus
Promiſſam ſobolē poſcunt pignuſqꝫ ſalutis
Omnia ⁊ aduentus tempora lęta ſui
Tu natū demitte polo ſator alme. repta eſt
Fertilis ⁊ tanto ſemine digna ſeges

De vi catholice fidei aduerſ⁹ veteres cęli pſcutores Elegia. xiij

Strox potuiſſe nouos dep̄ędere curſus
Ueſtra parethonij eſt gl'a magna viri
Jtelicet radio partam p̄tendite palmam
Sitqꝫ perenne decus. ſitqꝫ pennis honor
Celorum ſeruare vices docuiſtis ⁊ aſtra
Quod monſtraſtis iter poſtera turba terit
Paulatim vaſti vobis auctoribus ipſa
Jnnotuit moles irrequieta poli
Utqꝫ hęc biſſenis totidemqꝫ fugacib⁹ horis
Uertatur tacita lubricitate ſemel
Continuo errantis lunę ſoliſqꝫ labores
Cognita ⁊ obliqui ſemita zodiaci
Jnqꝫ duodenas abijt diſcreta figuras
Zona vagaturis peruia ſideribus
Nox quib⁹ inter ſe ſpacijs ea ſidera diſtent
Septenoſqꝫ fuit diſcere cura tonos

Patris obſequium id ē obedientia abrahę pa/rati vnicum filium deo offerre Longeui parentis id eſt iacob patriarchę qui ⁊ iſrahel dicitur ⁊ habuit .xij. filios vn̄ orti ſunt xij. tribus iſrl' Nati id eſt ioſeph filij iacob quem ſui frēs ex odio vendiderunt Plectra fatidici ſenis id ē carmīa ꝓphetę dauid Molitor templi. id eſt ſalo/mon At qui id eſt iob exemplar eximium patiētię Uirtutum. i. bonoꝝ hominum Ab imis ſe/dibus. i. ab inferis. Sobolem. i. filium dei Demittere eſt deorſuz mittere Sator eſt pater. Seges. i terra. ſcz ꝟgo maria Tāto ſemīe id ē chriſto Parethoniū ē vrbs in ęgypto. vn̄ pa/rethonius a um. i. ęgyptius. Jn ęgypto maxi/mi fuerunt aſtronomi quos hic alloquitur poeta. Nouos id eſt mirabiles Radius eſt virga qua aſtronomi ⁊ geometrę vtuntur. Seruare. i. id eſt obſeruare ⁊ notare. Jter ideſt ſcientiam moles eſt magnitudo Jrrequieta id eſt inquieta et mobilis Hec. ſcz moles poli. Biſſenis ⁊ totidem horis. i. xxiiij. horis Lubricitate id ē mobilitate Sol ⁊ Luna habent curſum contrariū motui firmamenti. vnde laborare dicunt. Luna aūt vagum ⁊ varium habet curſum. zodiacus eſt celeſtis circulus in quo ſunt duode/cim ſigna ſcz aries taurus ⁊c. zona grece ē cingulū. Figuras. i. ſigna cęleſtia. Ea ſydera. i. planetę quę ſingulę ſuo motu dicunt facere ſingulos tonos.

Quo nō lete ſenex tu te ſaturne receptes
  Quo iouis idei proſpera ſtella micet
Ut gelido mars mixtus auo ꝑ vitrica regna
  Temperet affinem mitificetqꝫ iouem
Ut gemina verſere domo tu bellice. monſtri
  Terga cleonei non niſi phebus amet
Hinc veneris notuere lares dubijqꝫ meatus
  Lux quoqꝫ phebeis emula luminibus
Quo facunde loco mediteris fata reptum eſt
  Cylleni ꝛ pheben quod iuuet hoſpitium
Preterea ignotū ne quid mortalibus eſſet
  Scrutata eſt gemios improba cura polos
Deprenditqꝫ pari curſu per climata labi
  Diſſimiliqꝫ tamen ſidera curriculo
Iſi hyadas pliadaſqꝫ notat creſſamqꝫ nitētē
  Quā teneat celi piſcis vterqꝫ plagam
Qua regione poli ſpacietur lubricus anguis
  Quo ſitus arctophylax quo cynoſura loco
Nec ſuperas reſeraſſe fores cōtenta quieuit
  Mens hominū nixa eſt vlteriora ſequi
Defectus hic phebe tuos p̄dicere grāijs
  Ante diem latio nititur ille ſuo
Unde imbres mixtiqꝫ ruāt cū grādine nimbi
  Hauriat vnde ſuas cōcolor arquus aq̄s
Quid tā dira micēt turbātes regna comete
  Unde micent ſubite bolides vnde faces
Atque tā denſe iaculent fulmina nubes
  Fulmina quid poſſet elicuiſſe polo
Quid boreas zephiri qꝫ ferāt q̇d ve auſter ꝛ eu
  Quis pluuius terris q̇s ve ſerenus eāt (ri

Idei .i. cretēſis. Nā iup piter in creta regnauit. Gelido auo .i. ſaturno. Per vitrica regna .i. per ſpherā iouis q̄ ē vitricꝯ martis Ut tu bellice .i. mars .verſeris gemina domo .nā ſigna zodiaci ſunt domus planetaruꝫ Mars aūt hꝫ duas domos q̄ ſunt aries ꝛ ſcorpio. Sol vo vnā hꝫ domū ſcꝫ leonē .q̇. vocatur mōſtrum cleoneū. Naꝫ cleone eſt vrbs arcadie circa quā hercules occi/dit leonē q̇ trāſlatus dr in cœleſte ſignū. Lares id ē domus veneris ſunt libra ꝛ taurus hꝫ qꝫ ve/nus dubios meatus .qꝛ mane p̄cedit ſolē ꝛ dr lucifer. veſpe ſeq̇tur ſolē ꝛ vocatur heſperus. Lux ſcꝫ veneris ē emula phœbeis lumib9 .i. ſeq̇tur ſolē. Cyllenius dr mercu/rius a cylleno monte arcadie. Hoſpitium phœbes .i. lune eſt cācer Poli ſunt duo axes cœli q̄/rū alter in ſeptentrione dr arcticus q̇ ſꝑ videtur alter in meridie antar/cticus q̇ nō videt Clima id eſt regio Curriculo .i. curſu Hyades ſunt q̇nqꝫ ſtelle in capite tauri. Pliades ſunt ſeptē ſtelle in humero tauri alio noīe ꝟgilie Creſſa dr fœia cretēſis. hic ſignificat ſidus q̄d corona dr. Piſces ſunt cœleſte ſignū Plagā .i. regionē. Anguis eſt hic ſidus. Arctophylax ē ſtella iuxta plauſtꝝ alio noīe bootes. Cynoſura vrſ̄. Nimb9 ē uen/tus. Comete ſunt ſtelle crinite q̄ malum portēdere dicūtur. Dira .i. dire. nomē ꝑ aduerbio. Bolis grece iaculū ſignificat Unū bolides ꝛ faces dicuntur ignee im/preſſiones decidētes. Eurus ē ventus orientalis .zephyrus occidentalis. Auſter meridionalis. Boreas ſeptētrionalis. Quis vētus erat pluuius. id eſt pluuialis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Anaxagoras philoſo/phus legitur predixiſſe lapides certo tempore caſuros e ſole. ⁊ ita fac/tum eſſe. O fœlices mē/tes capaces cœli rerumqꝫ. id eſt rerum cœleſti/um. Eſt enim endiadis. Peruentum eſt ſcilicet a vobis Recluſi. i. aper/ti. Aui id eſt o priſci a/ſtronomi. Speculę. id ē ſpeculationes aſtrorum Pharię rudes id eſt ra/dij vel virgę aſtronomi/cę Pharius dicitur ęgy/ptius. Rudis ſubſtan/tiuū eſt virga vel ſtipes Fuit tanti. id eſt tam p̄/cioſa ſcilicet ſcrutari ſe/creta poli ⁊c̄. Sedes be/atas. id eſt locum beati/tudinis quem philoſo/phi nequiuerunt intelli/gere. Throni ſunt ſedi/lia. hic ſignificat ange/los qui dicuntur ſedes dei. Species. id eſt diui/na eſſentia. Lux id eſt ſpiritus ſanctus. Se/queſter eſt mediator et pacificator. Ecquis ſig/nificat ecce quis. Plau/tus. Ecquis hoc aperit oſtium. Qua ſcilicꝫ die Quis rogo. ordo eſt.

Rogo quis nouit men/tem conſenſus ſcilicꝫ di/uini. Non homo ſcilicꝫ nouit hoc. Hęc ſcilicet fides Diſcere ſcilicet ſci/re. Penetrale vel pene/tral eſt ſecretus locus. Recludo eſt aperio. Virgilius. Ipſe iubebatur triſtes re/cludere portas. Pharię mentes id eſt aſtronomi. Pharius dicitur ęgyptius. a pharos inſula ęgypti. Curę procaces id eſt ſtudia improba.

Caſuros lapides cęlo ceciniſſe vetuſtas
Creditur o mira cognitione viri
Fęlices cęli mentes rerumqꝫ capaces
Durat adhuc veſter quē peperiſtis honos
Peruentū ad limen cęli eſt poſteſqꝫ recluſi
Altius attolli non potuiſtis aui
Nō ſpeculę pharięqꝫ rudes numeiqꝫ ſeq̄ces
Nullaqꝫ adhuc tanti ſedula cura fuit
Scrutari ſecreta poli ſedeſqꝫ beatas
Et quę ſuſtineant pondera grata throni
Vna quidem ſpecies ternis diſcretā figuris
Hic pater hic natus lux ſequeſtraqꝫ ſedet
Trinus ⁊ vnus amor trina ē atqꝫ vna ptās
Hic deus atqꝫ ille eſt tercia forma deus
Ecquis vbi illa aderat mūdo ꝓmiſſa p̄canti
Fęlices inter ſemper habenda dies
Qua noua progenies mitti debebat olympo
Progenies noſtrum ſoluere miſſa nefas
Quis rogo conſenſus mentē ter rite verendi
Verbaqꝫ mirandi mutua conſilij
Deniqꝫ quis nouit ſolij decreta ſuperni
Nō homo ſed tantū relligioſa fides
Affuit hęc teſtis: viditqꝫ hęc vna quod ipſi
Diſcere cęleſtes vix meruere chori
Hęc eadem nobis cęli penetrale recluſit
Traxit ⁊ in ſuperas pectora noſtra domos
Cedite iam pharię mētes curęqꝫ procaces
Quod canimus veſtra ſedulitate caret
Nō radij nūc ſi qua latent nō aſtra recludent
Sed mihi ſcā comes duxqꝫ futura fides

Ad diuā gratiarū virginem. Elegia. xiiij.

Patris veneranda parẽs o filia nati
Sidus ⁊ aſtriferi ianua ſancta poli
Accipe diua pij nõ impia munera vatis
Laudib⁹ immixtas accipe diua preces
Añ thronũ nati ſupplex tu crimina mundi
Diluis ⁊ mundo pandis ad aſtra gradum
Iram ſepe tuę lachrymę flexere tonantis
Sępe minas lachrymę cõminuere tuę
Humanũ fortaſſe genus perijſſet ⁊ orbis
Et potuit rurſus mergere cuncta chaos
Maternę ni rite ꝓces natiq; patriſq;
Fregeſſent iuſti fulmina iudicij
Per te tuta quies ꝑ te ſunt ocia terris
Preſſa iacent merito bella nefanda tuo
Te duce tuta ratis tumido volat ęq̃re. tutum
Quilibet orbe vagus te duce carpit iter
Tu pia ꝟgo facis ꝙ dat ſua munera cęlum
Supplicibus ſola es portus ⁊ aura reis
Preſidiũ lapſis ſola es lux vnica cęcis
Quodq; datis fruimur tu pia virgo facis
Humanum tutare genus lux alma tuamq;
Perge ꝓcor ſobolem cõciliare tuis
In primiſq; pios hęc ꝑuula tecta penates
Deuotoſq; tibi protege diua lares
Preſide te pueri valeãt iuueneſq; ſeneſq;
Et cum virginib⁹ turba pudica nurus
Arborib⁹ felix: felix ſit frugibus annus
Sitq; ferax tellus omnigenũ q; pecus
Pax ⁊ lęta tuos foueat concordia ciues
Inq; vicem populus ſeq; ſenatus ament
Qua tibi ſponte pius ceſſit geruaſius edem

O patris ⁊c̃. Chriſtus in deitate ſua ẽ pater marię cũ deus ſit pr̃ omniũ. ſed in humanitate ſua chriſtus eſt filius marię. Ergo maria eſt mater patris ſui ⁊ filia filij ſui ſcd̃m diuerſũ reſpectum. Diluo id eſt purgo aut lauo. vnde et vinum dilutum dicitur quod eſt aqua mixtum Tonans dicitur deus qui eſt auctor tonitrui. Chaos dicitur omniũ rerum confuſa materia Ouidius. Ante mare ⁊ tellus ⁊ quod tegit omnia cœlum. Vnus erat toto naturę vult⁹ in orbe. Quem dixere chaos rudis indigeſtaq; moles ⁊c̃. Ni id eſt niſi Fulmina id eſt horrorez vł vindictam. Ratis proprie eſt connexio lignorum quę ꝑ aquam trahuntur Sed ponitur ſępe pro naui Carpit iter tutum id eſt proficiſcit̃ tute. Aura id eſt fauor vel fautrix. Tutor aris id eſt defendo. ⁊ eſt frequentatiuum a tueor. Nam tuto non legitur niſi apud antiquiſſimos Sobolem id eſt filium Cõciliare eſt facere propicium. Tuis ſcz famulis. Penates ⁊ lares hic intellige domos oppidi cuiuſdam in quo dedicatum erat recenter templum marię quod ante fuerat ſancti Geruaſij. Ferax id eſt fertilis quaſi ferens fruges. Omnigenus a um. id eſt omnis generis. Inq; vicem. hic eſt tmeſis quia vna dictio diuiditur cauſa metri. Senatus eſt qui vulgo dicitur conſilium id eſt ordo ſenatorum. Geruaſius ceſſit tibi edem. id eſt templum ſuum tibi conceſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Immodicus id eſt ma
gnus ⁊ non modicus.
Rata id ē firma ⁊ effi/
cacia. Facies id eſt ſup/
ficies. Cariosus. id ē ple
nus carie vel antiquus
et putridus. Nam cari/
es ē coꝛruptō ligni. Spi
rabunt. i. redolebunt.
Exoluent. i. liberabunt
Hęc manēt te. i. futura
ſunt tibi
¶ Super āgelicos cho
ros. i. pluſquam angeli.
Niueas. i. albas. Tu ni
ueas formoſa roſas. tu
candida vincis Vincis
aſtra tuo vultu. i. vult⁹
tuus ē clarioꝛ aſtris. Co
lumbella ē parua colū/
ba Nam a columba fit
columbula. inde colum
bella. Menda ē macu/
la. Jñ mendoſus ⁊ emē
dare Sybillas. vide cir
ca principiū prime ele
gię Diuus dicitur deus
vel ſanctus Diua ē dea
vel ſancta. Conferri. i.
comparari Pręcipua. i.
ſingulari vel maxima.
Dictu mirabile eſt pa/
renthesis id ē interpoſi
tio. Intemerata id ē in
uiolata. Noſtra caro id
eſt humana natura Cō
ciliata id eſt coniuncta
vel placata. Meritis
ita fœmina fulges. eſt
parenthesis. Detrahit
id eſt tollit. Inexhau/
ſtam. id eſt nimiam. J/
mus ad ⁊c. Nos imus
ad ęthereas ſedes te in/
terprete id eſt mediatri
ce vel aduocata. Pate/
ſcit. id eſt patet vel apertum eſt. Hoꝛremus id eſt timemus.

Incolis immodica relligione locum
Facrata vota pij vatis regina p̄ceſqȝ
Proqȝ rudi nitidū te penetrale manet
Nō lapis ē mox marmoꝛ erit ſplēdebit: ⁊ au/
Hęc tēpli facies quę carioſa tibi eſt (ro
Centum ture pio ſertiſqȝ recentibus arę
Spirabunt tepidis quęqȝ operata focis
Exoluent populi ſeqȝ hęc ad limina votis
Suſpendentqȝ tuo grandia dona tholo
Hęc te diua manent maioraqȝ p̄mia ſed tu
Sepius huc adſis rite vocanda tuis
¶ Et ſic eſt finis huius libri

Gregorii Tipher

ni hymnus in virginem dei matrem

Virgo decus celi v̄go ſciſſima v̄go (ros
Quę ſup āgelicos es veneranda cho
Tu niueas formoſa roſas tu candida vincis
Lilia: tu vultu vincis ⁊ aſtra tuo
Pura columbellę ſimilis quā lactea veſtit
Penna: nec in toto coꝛpoꝛe menda ſedet
Quas tu nō longe p̄cedis virgo ſybillas
Quę tibi conferri deniqȝ diua poteſt
Tu mater dilecta dei: tu ſpōſa vocaris
Pręcipua tm̄ virginitate places
Que licet ēdideris (dictu mirabile) chꝛiſtum
Attamen vt fueras intemerata manes
Per te nrā caro (meritis ita fęmina fulges)
Eſt immoꝛtali conciliata deo
Tu ſacrum templū tu fons vberrimus ille es
Cuius inexhauſtā detrahit vnda ſitim
Imus ad ęthereas te nos interp̄te ſedes
In celum p te virgo pateſcit iter
Auxilio regina tuo nō vllius arma
Nullius hoꝛremus te vigilante minas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Tu clypeus: tu thorax: tu mortalibus vnum
Preſidium miſeris perfugiumqꝫ pates
Quũ malus aſſidue mortales raptor oberret
Eſuriens pauidas vt lupus ambit oues
Tu facis inſidias eius vincamus ⁊ artes
Tu rapido tutos a phlegethonte facis
Tu ꝓcibus ſupplex nunq̃ꝫ ceſſantibus oras
Ut nati fiat mollior ira tui
Ni facias adeo paſſim creuere nocentes
Funditus humanũ deleat ille genus
Tu pia ſperantes in te nõ deſeris vnq̃ꝫ
Tu vacuas clemẽs nõ ſinis eſſe ꝓces
Tu das optatam languenti ſepe ſalutem
Eripis e duro carcere ſepe reum
Reuocat in partu mulier te miles eandem
Subuenias querulo ſautius ore rogat
Sepe procelloſo iactatis equore nautis
Dirigis in portum ſtella ſerena ratem
Erigis afflictos egris ſolacia prebes
Sepe venis terra ſepe vocata mari
Tu morbos duramqꝫ famẽ bellũqꝫ coerces
Exigis a terris peſtis ⁊ omne genus
Hinc uotiua tuis ponũtur munera templis
Que ſita ſunt virgo millia multa tibi
Nemo ꝑ hec tutus ſine te deſerta viator
Nemo ꝑ hoc pelagus te ſine ſoſpes erit
Et quoniam claudis portas ⁊ pãdis olympi
Et quia tu talis. ⁊ quia tanta potes
Fer ꝓcor auxiliũ virgo ſanctiſſima nobis
Et ſeruatricem porrige queſo manum
Illiſa eſt ſcopulis ⁊ fundo impacta carina
Nec ſine te nauis currere noſtra poteſt
Nam niſi ꝓ ſolita tu nos pietate miſellos
Foueris: ad cuius confugiemus opem?

Thorax grece pect⁹ dr Eſt etiã tegimentũ munimẽ pectoris. Perfugium.i.rfugiũ Raptor .i. diabol⁹. Oberret.i.circũ erret. Ambit.i. circuit Ei⁹.ſ.raptoris Artes id ẽ aſtutias. Phlegetõ eſt poetice fluui⁹ infernalis ardentib⁹ aqͥs Mollior.i.mior Ni facias.i. niſi ores ꝓ nob Fundit⁹ id ẽ oĩno qͣſi vſqꝫ ad fundũ. Uacuas.i.ſine effcũ Querulus a um.i.q̃relas faciẽs. Saucius dr vulnerat⁹ Procella ẽ repẽtinus ⁊ vehemẽs flatus ab alto prouenjens Hic ꝓcelloſus.i. turbulẽtus ⁊ vẽtoſus. Erigis .i. leuas Afflictos.i.proſtratos vł ꝑcuſſos Coerceo vł coherceo ẽ id qꝺ cõpeſco vł cogo. Exigo qñqꝫ ẽt ago. qñqꝫ poſco qñqꝫ expello. Plautus. Mulier exegit vix a ſe Ita ⁊ hic. Uotiuus.i. voto ꝓmiſſus. Deſerta et pelagus hic ẽcãt mũdũ. Te ſine.i.ſine te Pãdis.i.apis. Talis.i.ita clemẽs ⁊ pia. Carina ẽ nauis Illidere ẽ vi impellere Scopuli ſunt ſaxa marina Impacta fũdo.i.coacta ad fundũ.i. profundũ aque Miſellos.i.miſeros. Foueris id eſt iuueris.

¶ Elegie pulcherrime de dña noſtra feliciter deſinũt
Anno domini. M.cccc.xviij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 62